

Handwritten text at the top of the page, appearing as bleed-through from the reverse side. It is mostly illegible due to fading and bleed-through.

Main body of handwritten text, consisting of approximately 30 lines. The text is extremely faint and difficult to decipher, appearing as bleed-through from the reverse side of the page. Some words are barely legible, but the overall structure seems to be a list or a series of entries.

Ling. 203 (Ink.)

# Epicedion

**A**PITAPHIVM REVERENDI  
quondam patris d. Antonij Grimmolt Insignis Monasterij  
werthinensis Abbatis meritissimi, ordinis diui Benedicti. Cuius  
venerandum corpus intra cœtum charissimorum suorum mona-  
chorum, in medio chori basilicæ diui Ludgeri, vbi die noctuq; di-  
uinis semper laudibus viuens gaudebat interesse, sepultum foelici-  
ter requiescit.

*Plaudite loci et mœchore werth*

*Plaudite patriæ eius*

*Initium laudatum.*

*Sua deuotitas*

*humilitas sua*

*Sua religiositas*

*Modestia et gratia*

*Autoritas et dilectio patrum*

*A bono consilij. ciuilibus*

*Prudentia, cunctis, arguentibus.*

*Leuitas*

*Integritas*

*Restituit locum in religione inuicem  
atq; in bonis amissis.*

*Ab instaurat edifijs.*

*Suam misericordiam in pauperes*

*Zelus, et studiositas in deum et  
antiqua ludo.*

*Accipitorem cum diuini in moribus.*

Ecce sub hoc saxo præclarus conditur Abbas,

Qui pius hic pulchri pastor ouilis erat.

Abbas (si ignoras) grimmolt Antonius ipse.

Ossa tenet tellus, spiritus astra colit.

Cui patriam dederat terra inclyta transflupiana.

Hildsemq; oblatas religione sacra.

Inde Prioratus erat olim munere functus,

Iam cunctis magni tunc precijq; fuit.

Ast vbi iam mitram tractusq; ad munia sacra

Virtus virtutem fert cumulata palam.

Quo magis ipsa viri cœlo dignissima virtus

Se premit, hoc semper tollitur illa magis

Signifer heu cecidit pietatis totius, ipsum

Ordinis & culmen, & decus & specimen,

Vnus enim, quo tota basis pendebat, & in quo

Totus inhærebat religionis apex.

Quem reuerabantur cuncti simul atq; colebant

Fratres. plæbs, proceres, gratia talis erat.

Quippe erat illius studij componere paci

Res vbi turbarat si qua profana viros

Occidit heu patriæ consultus, cuius ab ore

Poscebatur opem. ceu Clarij ex Tripode.

Rebus enim cunctis prudens, mores grauis almos,

Comis & in verbis, numine sic Charitum.

Maxima cunq; viris habuit commertia doctis

Nam paritas homines conciliare solet.

Et quod inane foret verbum, non illius ore

Prodibat, fuit hic integritatis honos,

Extulit hunc siquidem pietate locum, grege culto

Auxit & amissis restituitq; bonis.

Illi quas nimium laceras inuenerat ædeis.

Ac delubra dei cura nouare fuit

Magno inopes studio fouit, pia viscera pandens

Semper eis, fouet hunc quin deus arce poli.

Omnibus hic neruis cœlum nauabat, & omne

Pectus lucrandis sic animabus erat.

Quin vocitabatur nostri sæcli Benedictus,

Ludgerusq; alter, tempora ceu ista petunt.

Viuit in æthereo, quem nos hic flemus. olympo,

Et gaudet superum transfilijssæ domos.

¶ Rexit quidem annis. xxxiiij. Et octogenarius est vita defunctus.  
Anno Christianæ salutis. M. CCCC. XVII. Die. XIII. Men-  
sis Iunij, ¶ Cincinnus concinnabat.